

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Caro siue corpus e
cum fonte primo

Dum carnalis uita corrigitur
et usque ad abstinencie atque oracionis studium
a proficientibus peruenitur,
quasi in altari iam caro incenditur,
ut inde in conspectu omnipotentis Domini
sacrificium redoleat, unde prius culpa displicebat.

Gregorius in moralibus.

Per quos
dum carnalis uita corrigitur,
et usque ad abstinenciae atque orationis studium
a proficientibus peruenitur,
quasi in altari iam caro incenditur,
ut in conspectu omnipotentis Domini inde
sacrificium redoleat, unde prius culpa displicebat.

Gregorius Magnus, *Homelie in Hiezechielem prophetam*, 2.10.13 (CCSL 142, M. Adriaen ed., p.388, ll.324-328).